



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Sapientia

**Pinamonti, Giovanni Pietro
Segneri, Paolo**

Coloniae, Anno M.D.CCVI.

VD18 12664146

Præfatio Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50782](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50782)

PRAEFATIO AD

Benevolum Lectorem.

Impedita in horologio prima rotâ, resiliunt omnes quiescunt; itâ in homine, impedita ab ignorantia intellectu, velut prima anima rationalis potentia, etiam voluntas, quæ illo motu dirigitur, ad bene operandum redditur insperata. Huic perturbationi, quæ ut plurimum, ex ignorantia & neglectu primorum fidei axiomatum, in mores Christianos irrepit ut pro virili cautumeam, paucis paginis rationes aliquas complexus sum, quæ videbantur sat fore efficaces, ut cuivis homini Christiano peccati horrorem, simulque flagam incuterent pœnarum, quæ manent peccatorem. Et sane felix ero, si prædicta Etiam ignorantiam, anima summè nosxiā, tam paucis chartæ foliis è corde tuo eliminavero. Id porrò efficiendi hec fermè erit methodus: quoties manò

1

è som-

PRÆFATIO,

4
d' somno surrexeris, memor esto, ut pro-
fundissima cum reverentia adores Dei
minum, qui te creavit, gratias age pro
bonis omnibus tibi præstatis, & lumen
pete, quo clare dilucideque cognoscas,
quantum sit malum. divina ipsius mani-
dat a transgredi, eumque offendere, ut
hoc cœlesti lumine illustratus diem im-
minentem bene Christianèque trans-
gas, lege postea Considerationem diei
respondentem, non autem festinando,
sed membra singula attentiùs rumi-
nando, memor scilicet, eas naves, qua
tantūm obiter mare permeant, non pif-
cari uniones, sed eas tantūm quæ fixius
uni loco inherent. Quòd si negotia stan-
tūs tui tantum quandoque otii tibi non
indulgeant, ut propositam veritatem
pensiculatiūs considerando, integrè
comprehendas, id saltē conare, ut
vel unicum articulum, quæ potes, dili-
gentia, evolvas. Ante omnia autem
temporis curationem ita dispensa, nè
quid desit precatio ad cuiusvis Consi-
derationis finem annexa, devociūs re-
gitanda. Ad vincendum quippe pecca-
tum,

PRÆFATIO. §

tum, præsentius nullum est remedium,
quām cum moyse manus identidem
in cœlum habere extentas atque ele-
vatas (Oportet semper orare, & non
deficere, Luc. 18.) si hoc exercitio dili-
genter ac fideliter usus fueris , an sim
ego promittere, præpotentem illum Do-
minum, qui ludo adhibito, visum resti-
tuit cœconato, paginarum istarum mi-
nisterio, in corde tuo renovaturum mi-
rabilia dexteræ suæ , largiturumque
lumen veræ illius sapientia , cuius ini-
tium consistit in salubri timore omnis.

DEI offensæ. Initium Sapientiæ
timor Domini. Psal. 110.



A 3

CON.